

No. 935. 1431. 24. Apr.

B. Johann befiehlt der gesammten Geistlichkeit seiner Diöces in allen Kirchen den Erlass des Cardinal-Legaten Julianus (No. 933) in deutscher Sprache zu verkündigen und zum Zuzug aufzufordern, wobei er zugleich bekannt macht, dass an bestimmten Orten geeignete Geistliche von ihm angewiesen seien die Beichte der Zuziehenden zu hören und diesen Absolution zu ertheilen.

Johannes — episcopus ecclesiae Misnensis universis et singulis abbatibus, prioribus, praepositis, decanis, archidiaconis, rectoribus ecclesiarum parochialium ac eorum loca tenentibus praedicatoribus per diocesim nostram Misnensem ubilibet constitutis salutem et sinceram in domino charitatem. Litteras reverendissimi — domini Juliani — recepimus, quorum tenorem vobis una cum praesentibus transmittimus nostro sigillo sigillatum, earumque vigore ac apostolica autoritate nobis in hac parte concessa et vobis et vestrum cuilibet in virtute sanctae obedientiae districtius sub excommunicationis poena praecipiendo mandamus, quatenus quilibet vestrum ipsas litteras earumque tenorem sive mentem singulis diebus dominicis et festivis coram populo vestro publicare materna lingua curetis, populum ad assumendum crucem, ad proficiscendum contra damnatos haereticos exhortemini ac earundem litterarum debitae executioni fideliter et diligenter intendatis. Cum autem de idoneis ordinandis confessoribus, qui scientiam habeant debite inter peccata discernendi, attentius circumspicere expedit, tales de quorum idoneitate et sufficienti scientia verisimiliter confidimus, in locis subscriptis ad audiendum confessionem — et absolutionis debitae beneficium secundum formam ecclesiae sanctae impendendum constituimus et ordinamus, eisdem sic ordinatis confessoribus iniungentes, ut deum prae oculis habentes sic prudenter sibi iniunctum in hoc negotio fidei officium exequantur, ut in absolviendo formam ecclesiae observent, limites sibi traditae potestatis non excedant et saluti proficiant animarum. Datum Stolpen anno domini M.CCCCXXXI. feria tertia post dominicam Jubilate nostro sub sigillo.

Cochlaei hist. Hussitar. libr. VI. p. 242.

No. 936. 1431. 5. Mai.

P. Eugen IV. ertheilt dem B. Johann IV., dessen Einkommen durch die fortgesetzten feindlichen Einfälle der Böhmen sehr gelitten, die Befugniss das halbe Jahreseinkommen des zweiten Jahres aller innerhalb der nächsten zwei Jahre zur Erledigung kommanden geistlichen Stellen seiner Diöces für sich zu erheben.

Eugenius episcopus — venerabili fratri Johanni episcopo Misnensi salutem —, Eximiae devotionis sinceritas etc. Sane pro parte tua nobis nuper exhibita petitio continebat, quod propter crudeles perfidorum haereticorum regni Boemiae, cui ecclesia Misnensis cui praesesse dinosceris vicina existit, insultus ac persecutiones et incursus bona ad mensam tuam episcopalem Misnensem spectantia plurimum destructa sunt et ad tantam deteriorationem devenerunt, quod restantes fructus et proventus dictae